



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor suavissimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

# CONSIDERATIO

## X.

AMOR DEI,

*Amor suavissimus.*

**I**N nono gradu facit amor ardere suaviter. Si calore sunt tres differentie, Calidum, fervens, & ardens: calor, fervor, & ardor: ita in amoris summo gradus amoris est in ardore: qui gradus calidissimus, & simul suavissimus. Quia qui in hoc gradu, ardet maximè utiliter, & minime perter, & ideo suaviter: magno cum fructu, sine multa cum suavitate.

Sed tales sunt valde pauci. Invenies, ait S. Gregorius inter contemplativos calentes, & ferventes? sed ardentem, qui sedentes in Jerusalem, ignem accipiunt; hoc est, mente habitantes in celo, amore divino. O Seraphini cœlestes, calentes, ferventes & ardentes: (nam seraphicum est calidum, fervens, & ardens) temperate, extinguite, perimite ardorem cordis vestro summo ardore. O si arderet cor vestrum quàm suaviter amaret!

O amor, ô ardor suavitatis, sine labore, sine dolore, sed neque hoc mirum, si exul à corpore, dolores corporis, inquit Bernardus. Si anima cogitatur sit in corpore, sed alibi, in vulneribus Christi, in vulneribus Sanctorum, non sentit molestias corporis. Non facit stupor, sed amor. Submititur enim spiritus, non amittitur. Non decet dolor, sed superatur, sed contemnitur,

